



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Chrysolivs Episcopvs Cominij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## CHRYSOLIVS EPISCOPVS

*Cominij.*

*eb.* **V**ENIT in Belgicam prædicandi Euangelij causa cum sanctis Piato & Euberto. Quiescit Cominij apud Flandros in Canonicorum D. Virginis templo: vnde pars ossium translata est Brugas ad cathedralē S. Donatiani basilicā. Est autē Cominiū Flandriæ municipium cum arce eximia ad Lisiam fluuium situm patria Philippi Cominæi laudatissimi Historiographi. Fuit missus ad Flandros Chrysolius à Marcello Papa tempore Diocletiani. Eleuatio corporis eius Cominij facta est per S. Eligium Tornacensem Episcopum: Plura de præclaris viri laudibus lege apud cognatum in historia Tornacensi.

## CHRISTIANVS CONFESSOR

*Duaci apud S. Albinum.*

**D**VACI in Ecclesia Paroeciali D. Albini celebris est eius memoria: vbi & de reliquijs eiusdem sancti adseruari quædam nuper Georgius Coluenerius Regius in eadem Academia sacrarum litterarum Professor, & in collegiata ibidem S. Petri Ecclesia præpositus nobis indicauit. Vnde aduenerint, & quæ viri patria hætenus in compertum. Eius quoque Molanus in natalibus, & Miræus haud meminerunt, Natione Belgam & indigenam forte Duacensem fuisse hinc quispiam suspicari possit, quod Christiani nomen familiarius nostri quam alieni soli hominibus esse videamus.

CHRYSO

H

CHRI-